UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

Durantis, Guilelmus

Augustae Taurinorum, 1578

Relationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

de arbitr.§.an poſsit. ¶ An qui iudicat habito prius conſilio ſapientis ex-
cuſatur a pœna iudicis male iudicantis, ſi iniuſtum ſit conſilium, j. de ſent.
ad fi.§.ſi iudex ſcienter.& ibi,& in § ſequ.habetur, an teneat ſententia lata
intra terminum ſtatutum conſultori, ipſo nõ expectato,& an valeat:& de
materia vide Bar.in ſuo tractatu De requiſitione conſilij, multum bene.

a ¶De petitione ſententiæ [a], & eius cautella. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus antequã ſententiã petat, debet ſuæ cauſæ merita perſcrutari.*
2 *Voluntas cordis ſecreta communiter legitur in facie.*
3 *Tepidus in petendo ſententiam, præſumitur de ſuo iure diffidere.*
4 *Aduocatus certus de victoria, debet adeſſe ſententiæ prolationi: ſi autem econuerſo, fugere.*

QVONIAM diſputatiõe ſu p actitatis habita, ꝯcluſoq; in negotio,& deliberatione cũ peritis habita, ſola ſententiæ prolatio ſupereſt, quã partes debent inſtãter petere, vt ext.de ſen.& re iu. cauſam quæ, ideo
1 de petitione ſententiæ perſtringamus. ¶†No. [b] igitur aduocate,
b ꝙ prius quam ſententiam petas, debes diligenter cauſæ tuę merita perſcrutari. Vnde conſulo, ꝙ accitis tibi peritis, de quibus confidas, cum eis deliberes diligenter, iuxta illud: OMNIA cum amico delibera: quia qđ a pluribus quærit̃, facilius inuenit̃. vt 20 diſt de quibus. nec nimiũ tuæ prudentiæ innitaris. multos enim propter ſuam præſumptionem ſæpe vidi in cauſis decipi. ext.de ꝯſtit.ne innitaris.c j.& ad hoc ſ̃.de aduo.§.nunc tractemus. Item conſulo, ꝙ ſtomacho ieiuno deliberes: quia tunc melius vigent ſenſus, 15.q j.ſane ext.de teſtib.c.j 22.q 5.honeſtũ. & hoc eſt, qđ Philoſophus dicit, Quod poſt ſomnum, quãdo ſatis dormiſti, melius deliberabis. tunc enim nullus rumor impedit ſenſũ tuum.& concordat extra.de accuſat. ſi conſtiterit. quia, ſecundũ Hieronymũ, vẽter pinguis craſſum ſenſum generat, vt 43. diſt. § fi.& vt ad viã peruenias veritatis, oppone & allega contra tuã partem qđ dic, vt in præ.§ nunc tractemus. & ſi inueneris cau-
c ſam deſperatam, cõpone, vt dixi ſ̃.tit.proxi. [c] Si uero cõfidis de
2 tuo iure, adeas iudicem ſermone modeſto, & vultu lęto: qa † in facie legit̃ cordis ſecreta volũtas:& vultus talis erit, qualia mẽte gerit, ar.41.di §.j.& §.fi.& laudes eum, vt tibi ſit ꝓpitius, 26.q. vlt.alligãt.dicens ei cũ reuerentia, ꝙ placeat ſibi cãm ſñiæ calculo diffinire:& hoc, ſi de ipſi⁹ fide plene ꝯfidis. ſi vero dubitas, de fide, ſiue peritia eius idem dicas & expecta, utrum dicat ꝙ velit deliberare cum peritis, qđ ſi dixerit, reſpondeas. Lætus ſum valde, ꝙ ad veſtri exonerationem ſalubre cõſilium habeatis: nec ꝑ hoc cenſeris in prauum conſilium, uel conſiliarium conſentire. Quòd ſi videris eum abſque ꝯſilio ad diffinitiuam currere, curialiter & humiliter dicas ei: Domine, ſupplico, ut iuxta conſilium
d Salomonis procedere velitis dicentis [d] Omnia fac cum cõſilio, &c.vt ſ̃.tit.prox.ad fi. Quæ autem præmiſſa ſunt, etiã in interlo
3 cutionibus obſeruentur ¶†Item not.ꝙ vbi ſperas veriſimiliter pro te ſententiam proferẽdam fore, poſtules eam ferri:& vtaris verbis poſitis ſ̃.de diſpen §.nunc videndũ.in fi.& §.poſt hoc autem.ver.ſic igitur deſtructis.non tamen importune, niſi in mora videas periculũ imminere: tunc uere inſta opportune & importune, ut 43 diſt.ſit rector.in fi.& ext.de elect. cum inter R ſenio-
e rem in prin. Licet enim [e] de ipſo ꝯfidas, credas tñ cũ hominem eſſe,& idcirco pronum ad malũ, 22 q.1.omnis ætas.xx.q.3.procliuis, maxime ſi ſit ſolitus nũmis corrumpi, xj.q.3.q recte.14.q. v.nõ ſane.11.q.3.nõ licet & c.pauper. ext de pig illo.§ fi.cũ ſuis
f concor. Si [f] enim tepidus ſis nimis in petendo ſententiam, pręſumeris de tuo iure diffidere, vt 43.diſt.in mandatis Pete igitur ſẽ-
4 tentiã, prout no.in præ.uer.ſic igitur.¶†Itẽ aduocate, tibi conſulo, ꝙ ſi certus es de victoria, adſis ſententiæ: ſi contrarium ſperes, fuge, ſicut Medici faciunt, In primo caſu honor, in ſecundo caſu contumelia te vbique ſequetur. In dubio autem eſt conſultius, ꝙ interſis, propter multa, quæ tunc ſæpe occurrunt, ex quibus cauſa tua in cauſa appellationis iuuari poterit, ſi ſuccũbere te cõtingat. Illud autem tibi ſit memoriæ, ut ſemper aduerſarium petas in expenſis tibi legitimis ꝯdemnari, ut dixi ſ̃.in prę. §.nunc videndum.in fi.& §.ſeq.& de expenſis.§.j.ad fi.

ADDITIONES.

a Nullus ex practicis auctoribus poſuit hanc rubricam præter Io. de Deo in lib. Iudicum, parte 2. qui poſuit rubricellam: petitio ſententiæ. & ibi modicum:& iterum modicum parte 3. ſub eadem rubrica: de quo modico j̃.dicam. ¶ Vber.tñ de Bob.poſuit hoc nigrũ, vbi ſ̃.dixi ſ̃. tit. prox. & dicam j̃. Tamen auctor ampliauit Io.de Deo. licet verba eius communiter aſſumpſerit. In cauil.non inueni adhuc, quòd hanc Vberti partem poſuerit.

[illegible] totum quod ſequitur, fuit Vberti de Bob. mihi charta & ver. cum autem fuerit finis. ampliat tamen auctor:& quid inſeruit de Io.de Deo j̃.dicam.

c Tit.prox. ¶ Verſ.hos autem.

d Dicentis. ¶ Eccleſiaſt.32.ad fi.& facit Prouer.13.

e Enim. ¶ Aſſumit verba Io.de Deo, ver.ſ̃.parte 2.& ei, quod ſequitur, conuenit ad Ro.3. Deus verax eſt,& omnis homo mendax.

f Si. ¶ Hoc habuit Io.de Deo, verſi. ſuper parte 3.

¶ Bald.de Petitione ſententiæ,& eius cautela.

CVM petis ſententiam ferri, ſit tibi memoriæ, vt petas aduerſarium in expenſis condemnari.verſ.fi.G Sed an in fructibus & intereſſe poteſt iudex condemnare ſine petitione? Dic, ꝙ in fructibus ante litis conteſtationem perceptis exigitur petitio: ſed poſt litem conteſtatam non, ut not.ff. de dam.infe.l.ſi quis miſſum.§.iudex.Bal.vide ſ̃.de diſput.& alleg.1.§.ꝓx. Sed quid in pœnis? dicit ſtatutum, ꝙ periurus perdat litem. ¶ An ſine petitione poterit iudex condemnare periurum in amiſſione cauſæ?& uidetur, ꝙ ſic, ff.de ædil.edic.l.ædiles.§.item ſciendum. In contrarium videtur ff.de dam.infec.l.4.§.hoc autem iudicium. hoc enim non pertinet ad ſequentiam petitorum, ſed oritur ex noua cauſa, ar.ff.de in lit. iur.l.j. Ergo iudex nõ põt ſupplere ex officio: ad hoc facit C.ut lite pen.l.j.in gl.& ff.de iur.fiſc.l.eius q delatoré.C.loc.l.ꝯductoré.C.vñ vi, l.nõ ab re.in gl. i auth. de triẽ.& ſemiſ.§.j.in gl.& hoc eſt tuti⁹.Bal.& ad oia ſufficit petitio gñalis, ſub hac forma, peto ſententiã ferri pro me, C.de pac.l.petẽs.G.¶ Sed quid dices, actore abſente & citato legitime, lite non conteſtata, ſi reus petit ſententiam ferri, iudex ex geſtis ſentit pro actore,& pronunciat pro eo, an valeat? videtur, ꝙ non. quia lis non eſt conteſtata, C.de temp.ap.l.fi.§.illud. Sed pro reo bene valet, ut in authen.qui ſemel.C.quomodo & quando iu. SOL.Credo valere:& imputet ſibi reus, qui ſtulte petit,& iudex pro abſente poteſt ſupplere, l.properãdum.§.ſin autem reus.& §.ſeq.C.de iu.Bal. ¶ Vide, quatuor ſunt caſus. nam quandoque fertur ſententia pro præſente,& tunc petitio eſt neceſſaria: quandoq; pro præſente contra abſentem,& idem: quandoque pro abſente contra præſentem,& tunc non eſt neceſſaria præſentia abſentium: quandoque pro abſente contra abſentem,& tũc non valet ſententia, ff. de arb.l. arbiter. ita vide j̃.prox. ¶ Sed quare non ſufficit actori, ꝙ in libello petiit condemnari? Reſpon. quia illa ſunt verba, futuri temporis: ſed iſta petitio eſt præſentis, ut nunc:& iſta vltima petitio eſt idem dicere, ꝙ inſtantia: quia ad inſtantiam partis iudex debet procedere, non motu proprio, ut in auth.qui ſemel.ibi reo poſtulante,&c.ff.de iu.l.& poſt.C.ut intra cer.tem.l.2.cum ſimil.Bal.vide j̃.tit.j.§.de quibus. verſi.ſed pone G.

a ¶De Relationibus [a]. Rubica.

SAEPE contingit, quod is, qui cauſæ diſcuſsit merita, dubitat, qualiter pronunciare debeat:& ſic refert negotium ad ſuperiorem, vt ſibi reſpondeatur, qualiter in pronunciando ſe habere debeat: ideoque aliqua de his relationibus præmittamus. Item quando is, qui cauſam examinauit, iudicandi poteſtatem non habet immo ipſam debet ad ſuperiorem remittere, ut ubi lis ſit, ibi finem debitum ſortiatur, ext. de elect. dudũ j.& de teſt.ad hoc.alias incipit, præſentium.§.fin.lib.6. ideoque de his remiſsionibus aliqua ſubſequenter adiiciamus. Et licet fere omnes iuris canonici tractatores communiter recipiant verbum Relationis & Remiſſionis,& etiam iura quãdoq;, ut patet ext.de pur.can.cum dilectus.§.is igitur.hoc tamen nobis nõ pla-
b cet, prout clare ex ſequentibus apparebit [b]. Primo igitur viden-
c dum eſt, quid ſit relatio [c]: de quibus fiat: quando:& qualiter fiat:
d & quis ſit eius effectus [d].

1.§.Relatio

ADDITIONES.

a ¶ Practici auctores non poſuerunt hanc rubricam, excepto Io. de Deo qui eam poſuit Cauil.lib.v.rub.vlt.vbi ponit quædam relationum exempla. Fecit etiam de his tractatum, qui inchoat, Incipit ſumma de relationibus: vbi plenius proſequitur,& ponit formas,& communiter habetur poſt librum Diſpenſationum & ſententiarum. Habuit ergo auctor de his pabulum.& à Summiſtis, Azone præcipuè, Goff.& Ho. Et no.ꝙ ordinem Legiſtarum ſecutus eſt auctor quo ad librum Codicis, tractans prius de relationibus, quam de appellationibus: ſed diſcordat compilatio Digeſtorum & noſtra, in quibus ſimul de vtriſque tractatur ſcilicet de appellationibus & relationibus. Diſcordat autem ab illis tribus compilationib. quia in illis prius tractatur de ſententia, quam de his: ſed propter diuerſas relationis cauſas procedit vtraque: de quibus j̃.§.3.

b Apparebit. ¶ Forſan voluit Io.de Deo: vbi ſ̃.dicere primo, ꝙ relatio erat proprie delegatorum, improprie ordinariorum, verum ſicut reconuentio præſupponit conuentionem, ſic & remiſsio remiſsionem. Referre autem idem eſt, quod deferre, proferre, vel intimare: miſcentur iſta, de cle. egro.c.j.lib.6.ver.ſi autem.de ſtatu mo.in ſingulis.ver. ſi uero.& c.ea quæ. quod ſi forſan.& in cle.de hæret.nolentes. in fi.

c Relatio. ¶ Hoc membrum non poſuerunt Summiſtæ.

d Effectus. ¶ Io.de Deo. vbi ſ̃.2.parte ſeptem articulis, non dico membra. hanc materiam tradere voluit: ſed ſic loquendo [illegible]us obfuſcauit. ſis ergo auctoris narratione contentus.

1.§.Relatio eſt iudici de iure dubitantis ad principē
miſſa ꝯſultatio,ut probat C.de rela.l.j.&
a fi.& ext.de appel.c.intimaſti.& 2.q.3.ſi quid in eccleſia.[a]

ADDITIO.

a Eccleſia. ¶ Non conuenit diffinitioni.loquitur enim non de conſultatione iudicis:ſed de renunciatione prælati,quæ fit per ſubditum.

SVMMARIVM.

1 *Relatio de quibus ſit facienda.*
2 *Iudex fingens malitioſe de iure ſe dubitare,fit infamis.*
3 *Iudex potius debet in odore bonæ famæ delectari, quam malæ.*
4 *Cauſa præſumitur iuſta,vel iniuſta,ex qualitate perſonæ.*

1 2.§.De quibus faciēda ſit relatio,breuiter perſtringamus.
Et quidē † faciēda eſt in omni caſu ſiue ſit cā ciuilis,ſiue criminalis,cū de iure dubitatur: ſecus qñ ſuper facto. in auth.Collat.6.de iu.§.fi.ff.de iu.l.eum quē temere §.j. in auth.in medio lit.nō fieri ſacras for.uel iuſ.Collat.8.§.j.ver. qđ enim.& §.ſi vero aliqua.xj.diſt.c fi.ext.de bap.nō iter. opponēs & 2.di. reſponſa.Vnde dicit Imperator,nō enim crimina, ſed vindicta potius ad nos debuit ꝑuenire,C.de off pf.Oriē.& Illyri.l.3.in fi. 27.qu.j.cuſtos.& c.ſi homo.ff de ap.ꝯſtōnes. Si ergo ñ inueniat ius expreſſū,ñ eſt culpādus iudex,ſi ſuperiorē cōſulat,ext.de no oper.nunc.c.j.21.diſt c j.vel ſi ñ dubitat de intellectu legis,uel canonis,ut in præ.§.ſi uero aliqua.ext.de ſentē.exc.īter alia.xi.q.j. §.ex his omnib⁹ & de ſimo.ꝑ tuas.j.uel ſuper cōtrarietate iuriū. ext.de fide inſtr.paſtoralis.de reſti.ſpol.literas.& c.frequēs.lib.6. de renunc.poſt tranſlationē ext.de his.quæ fiunt a prælata.ſine con.ca.c.cū apoſtolica.ext.de do.apoſtolicæ.de off.deleg.ſuꝑ quæſtionū.de uoto,ex multa.de verb.ſig.cū olim.Cum his ergo caſibus ſecure referat,vtrū delegatus ab illo dēt quærere, ꝗ delegauit eū? vt ff.de off.procon.l.ſolent.§.legatos & in præ.c.
2 ſuper queſtionū.§.porro.¶†Porro iudex malitioſe fingēs ſe du
a bitare de iure,infamis fit,& in 30.li.auri punit.C de legi.l.2.[a] & extra,de reſcri cum contingat.Sed forte hæc pœna nō hēr locū
3 ſecundū canones,ſed illa,q̄ eſt ext.de re iu.cū æterni.li 6.¶†Sed pone:ecce victor in cā,petit expenſas,& euidēter docet de calūnia aduerſarii,qui in principali ſuccūbit:itē docet eū deieraſſe, & multipliciter in reſponſionibus variaſſe,demū iudex vult referre ſuper dubio expenſarū,nunquid dicet in relatione ſua illū calumniatorē periurū, & huiuſmodi? Videt ꝙ nō:quia do.Papa potius delectat in odore bonę famę alicuius,quā malæ.vt extra,de accuſ.licet in fi.& arg.xj.q.3.in cūctis.& 86.diſt.ſi ꝗd. 2.q. vlt.ꝑſcripta.ext.qui ma.acc.poſ.c.2.Arg. ꝯ: quia ex hoc præſu-
4 mitur ꝯtra perſonam:† & ex qualitate perſonæ præſumitur cā iuſta,vel iniuſta,vt ext.de no.ope.nun.c.2 & de pig.illo & ff.de vſu.qui ſemiſſes.§.j.& ext.de præb.niſi.& 65.diſt.ſunt nōnulli & ꝑſumitur ꝯ cām variātis,ext.vt ecc.ben.c.vnic.Ex quo.n.de prę miſſis ꝯſtabit cōſtat per conſequens,illū in expenſis condemnādū,ext.de pęnis,calumniā.Item iudex pōt punire crimen, vbicunq; ꝯtinget cauſam,de qua agitur,ēt ſine accuſatore, ext.de elec.ꝑ inquiſitionē.ff.de teſti.qui falſa.& C.e.nulli.& ff.de adul. ſi maritus.ext.de excep.§.j.de iureiur.querelā.de fideiuſſor.ꝑuenit.de reſcrip.olim.& de accuſ.ſuper his.& de colluſionib. c.crimina Et hoc ultimum verius eſt, licet multos magnos audiuerim contrarium aſſerentes.

ADDITIO.

a L.2. ¶ Secundum Hoſti.in Summa huius tituli,in fi.quod ſequitur,additur in dec.intimaſti.de appel.vt ibi ſcripſi ſuper j gl.

¶Quando facienda ſit relatio.

3.§.Quando autē ſit relatio faciēda? clarum eſt, ꝙ ſuper quolibet iuris dubio prius quā illud ſententialiter declaretur,C.e.l.j.ff.quādo.ap.ſit,l.j reſpon.j & 2. q.6.biduū.in fi.In caſu tamen ſpeciale eſt, vt poſt latā ſententiā fiat,ſcilicet in criminali, vbi prius fertur ſententia, vt demum princeps æſtimet,an ſit ſequēda:puta vbi præſes aliquē in inſulā deportauit,ff.de inter.& rele.inter pęnas.& l ſeq.ff.de iniuſ.rup. teſt.ſi qs filio.§.q tñ.ff.qñ app ſit,l.j & 2 q 6 biduū ad fi. Fit quo
a que[a] relatio in omni parte litis:fit.n.in principio litis, cū quæritur de modo proceſſus,ext.de accuſ.ſuper his.xj diſ.c.fi Item fit ſæpe in medio litis,cū dubitat de aliquo, ſuper quo nō inuenit ius expreſſum.hoc probatur 3.q.6.multum.2.q.j.nomen.3.q.1. §.ſpatiū ext de teſti.tam literis.ext.de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§.fi.& c.pru[illegible]n.C.de rela.l.j.vbi ponitur forma referēdi, & l.2. & 3.Item fit relatio poſt ſententiā, puta de aſſignanda inſula,vel alia pœna infligenda,xix.diſt.in memoriam. & in con
cord.poſitis ſ.in prin.vbi puta,ibi,&c.Generaliter aūt,quoties
b expedit,ex cauſa iuſta & neceſſaria fit relatio:exemplo Moſis[b], qui ingreſſus tabernaculum querelas populi ad Dominum referebat,vt ſecundum eius imperium iudicaret,ext. de re iu. cum æterni.li.6.11.q.3.ſummopere.& expenſæ in ferendo factæ contribuentur a partibus,extra de ſtatu mon.ea quæ.§.hæc eadem circa.

ADDITIONES.

a Quoque. ¶ Verba Io.de Deo,vbi ſ.2.ver.7.
b Moſis. ¶ Exo.32.
ADDITIO. In quo docemur,ꝙ iudex debet ferre ſententiam ſecundum Deum,& non ſecundum propriam voluntatem: & ꝙ ſecundum leges & canones debeat quis iudicare, in quib. videtur voluntas Dei explicata:dic vt per Io.de Turre crem.in c.ſummopere.hic alleg.Hen.Ferran.

SVMMARIVM.

1 *Relationibus plena veritas ineſſe dicitur,cum vel allegationibus partes repelluntur,vel partium approbantur aſſenſu.*
2 *Relatio debet fieri plene.*
3 *Relatio ante litis conteſtationem qualiter ſit formanda.*
4 *Inquiſitor ſtatus alicuius monaſterij quæ debeat quærere, vt relationem debitam faciat.*
5 *Forma relationis,vbi poſt litis ingreſſum dubitatur de intellectu vel contrarietate iuris.*
6 *Relatio qualiter ſit facienda,vbi ius expreſſum non inuenitur.*
7 *Relatio poſt ſententiam qualiter ſit formanda.*
8 *Relationum exemplar eſt per manum publicam partibus dandum.*

¶Relatio de quibus ſit facienda.

4.§.Qualiter ſit facienda relatio dicamus. Et quidē examinato diligēter articulo, ſuꝑ quo fieri dēt relatio, partibus præſentibus dicat iudex, ſe ſuꝑ eo dubitare,& velle Principem ꝯſulere:demū ꝯficiat literā quā principi dirigat:in qua ꝯtineatur proceſſus corā eo habitus, & dubitationis articulus,& ratiōes partiū,& iura,quæ ipſum faciūt dubitare:quo facto litera ipſa,ſeu libellus ille debet corā partibus legi:& ſi quis ꝯdicere iuſte voluerit,liberum ei erit:vel quia forte aliter ſcriptum ſit,quā actum:vel quia ſemiplene ſit ſcriptum,
1 & huiuſmodi,vt ext.de elect.cum inter R.ſeniorē.ad fi.¶†Tūc enim demū relationibus plena veritas ineſt, cū vel allegationi-
a bus partes repelluntur[a],vel partiū approbant aſſenſu, vt C.de rela.l.2.in fi.& l.j.& niſi relatiōis exēplum partibus ediderit (ad
b qđ tenetur,ex quo ſe relaturū pollicet,) poterit appellari[b], vt ext.de appel.intimaſti.Si vero tunc appellatum non fuit,poſtea
c cum princeps reſcripſerit,nō poterit appellari, ſed a ſnia[c] ſic, 2.q.6.biduum.in fi.quia relationē approbaſſe videtur,vt ibi,&
2 ff.quādo app.ſit,l j.reſpon.j.C.de rela.l.j.¶† Item relatio plene debet fieri,vt ext de elec.dudum.j.§.& fideliter, vt ext. de re iu. cū Bertholdus.§ licet aūt & omnia ꝯtinere debet, ita vt nō ſit iterū neceſſe pro actis mitti, vt C.e.l.fi.& arg. ext. de app. cordi. §.poſt hæc.lib 6.nec debet ꝯtinere aliquid falſitatis,ſed fideliter eſt facienda,& pure vt j.ti.prox § videndum. ver. qđ demum. Quod ſi inter partem & iudicem ſuper hoc ſit cōtentio,tunc recurritur ad originalia acta:ext.de proba.quoniā contra. Debet quoque iudex in relatione inferre, quæ contra eum a partibus opponuntur,& etiā appellationem.C.eo.l.fi.ext. de appel. intimaſti.& c.vt debitus.Et ex quo pars relationem ſigillatā portandam recipit,non debet eam aperire:alioquin grauiter punietur, extra,de offic.delega.cum olim magiſter.de reſcriptis,olim.
3 ¶ † Relatio igitur ante litis ingreſſum hoc modo formatur:

FORMA.

ADDITIONES.

a Repelluntur. ¶ Exponit ibi gloſ.vt quia fuit dies ſtatuta, & nil dixerunt, quicquid voluerint.
b Appellari. ¶ De iure canonico certum eſt hoc, de iure autem ciuili diſputatur hic,& in l.j.C.e.ti.in vlti.gl.& ibi plenius per Cy. Diſputationis ratio:quia ab interlocutoriis ante ſententiam regulariter ſecundum leges non appellatur,C quorum appell non recip.ante ſententiæ. de app. ſuper eo.2.& lex vocat hanc interlocutoriam,ff. de appel.l.j.§.j.
c Sententia. ¶ Lata poſt non enim loquitur de prius lata, & ſcriptum fuit principi,vt inſulam aſsignaret:quod fecit:de qua ſ.§.prox.& hoc vult ſequens allegatio. Si vero conſultus fuiſſet Princeps ſuper ſententia ferenda,quæ profertur ſecundum eius reſponſum, ſi pars habuit copiam relationis,& conſenſit,reſiſtere non poteſt:ſi non habuit,vel contradixit [illegible] vel appellare poterit,vel ſaltem refutatorias pr[illegible] C.e.ti.l.j.ff.de appel.l.j.§.j. Vbi autem princeps [illegible] niſſet,poſtquam iudex ferret ſententiam diffini[illegible] interpoſita non directe contra reſponſum princ[illegible] ſponſo:alias eſſet iniqua.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a FORMA [a].Sanctiſſimo in Chriſto [b] domino Clementi diuina
b permiſſione vniuerſalis eccleſiæ ſummo Pontifici, T.delegat⁹ ī
tali cā,a uobis pedū oſcula beatorum ſanctitatis veſtrę, qua de
cuit reuerētia.ſuſceptis literis talis ꝯ talē,tale crimē hoc mō:pu
ta accuſando,uel denunciando,uel excipiendo,uel añ ꝯfirmatio
nem,uel poſt obiecit:qđ quidem crimē probatū actorem peni
tus repelleret ab agendo.Cum igitur dubitem,qualiter in his de
beā ꝓcedere,inſtāter poſtulo,ut me ſup hoc veſtris dignemini
literis informare.hæc probātur ext.de accuſ.ſuper his.& c.inqſi
4 tionis.de ſimō.licet Hæli.23.diſt.illud.¶† Si autem fuerit inqui
ſitor ſuper ſtatu alicui⁹ monaſterii:tam in capite,quā in mēbris
poteſt quærere,an omnes debeat adſtringere iuramēto,ſcilicet
conſpiratores,inimicos,excommunicatos,& conuerſos & con
uerſas prædicti loci.Itē an hi,qui ꝓſecuti ſunt inquiſitionē,ha-
bebūt expenſas,& vnde?hoc probatur ext.de re.iu.cum I.& A.
ext.de accuſ.inquiſitionis.& c.pe.Itē.ordinarius inueniens ciui
tatenſes & diœceſanos diſcedere a ſtatu uniuerſalis eccleſiæ,uel
a ꝯſuetudine,quam Romana eccleſia ſeruat, & docet ſeruandā,
poteſt Papam conſulere, qualiter in his debeat ſe habere:& hæc
eſt potius conſultatio,quam relatio : & probat ix. diſt. quis ne-
ſciat.de conſec.diſt.2.pacem.de conſe.diſt.j.de nominibus.4.di.
denique.12.diſt.illa.Itē ſi populus aliquis diuino adiutorio no-
uiter conuertatur ad fidem,poteſt cōſulere Papam, qualiter de
bet ſe habere:& qualiter debēt informari in fide, & qualiter ec
cleſiæ eorū dēt ædificari,& quibus conſuetudinibus imbui: 12.
diſt.nouit.xii.q.j.qa tua.30.diſt.c fi.80 diſt.c.fi.ext.de pęn.& re-
miſ.Deus.28.di.c.fi.Sed hoc præcedens potius eſt cōſultatio,q̄
5 fit extra iudiciū,quam relatio,q̄ fit in iudicio.¶†Porro poſt litis
ingreſſum,cum dubitatur de intellectu ,uel contrarietate iuris,
ſic fit relatio:¶ FORMA Sanctiſſimo patri,&c.Verum cum iu
xta veſtri tenorem mandati,cauſæ præfatæ cognitioni intende
rem,ſu ꝑ tali lege,uel decretali diſputatio eſt exorta, aliis ſic eā
debere intelligi aſſerentibus,aliis vero non leuis opinionis in cō
trarium aſſerentibus:ex quorum cōtradictione,cępi merito du
bitare:uel,Super talis canonis intellectu variæ & diuerſæ ſunt
Magiſtrorum opiniones ſcriptæ ita ut dubitem,quæ ipſarum ſit
alteri præferenda:uel ſic,In præfata cauſa tales ſunt pro cōtrari
is allegatæ:in cuius contrarietatis ſolutione dubito vehemēter.
Vñ cum meli⁹ ſit pie dubitate,quam temere diſſinire, ſanctitati
veſtræ duco humiliter ſupplicādum,quatenus veſtro me digne
mini oraculo edocere,qualiter ipſum ius intelligatur:uel quali
ter oppoſitionū diuerſitas , uel cōtrarietatis perplexitas exſol
uatur,ut unde iura prodeūt,inde quoq; interpretatio,ſeu decla
ratio procedat.hæc probantur in concor.quæ ſunt ſ̄ §.de qbus.
ibi,uel ſi dubitat.& ibi,uel ſuper ꝯtrarietate.& tex.l.ex facto. ff.
6 de uulg.¶† Quod ſi ius ñ inueniatur expreſſum, ſic relatio fiat:
¶FORMA.Santiſſimo,&c.Nouerit ſanctitas veſtra,ꝙ in cauſa
ipſa,mihi a vobis cōmiſſa opponit,ꝙ iudex eſſe non poſſum,ꝑ
c eo quod ſim compater,uel patrinus actoris [c]?uel,ꝙ mihi nō cre
ditur ſic dicenti,cām viuæ uocis oraculo fore mihi a uobis com
miſſam,quantūcūq; veſter familiaris, & de veſtra curia ſim,niſi
id per inſtrumenta,uel teſtes oſtēdā.Cum igitur iſti caſus, noui
ſint,nec ſint in iure expreſſi,ſupplico,ut qd iuris in eis,ſit veſtro
dignemini oraculo declarare:ut ext.de ap.poſtremo.& de off.đ
leg.cum in iure.C.de mand.prin.l.j.ext.de frig.fraternitatis. 20.
diſt.de libellis.in fi.ext.de no.ope.nun.c.j.& uide ſ̄.de prob.§.vi
7 dendum.ver.quid de auditoribus.¶† Cæterum relatio poſt ſen
tentiam ſic formatur:præmiſſo enim loco ſalutationis & humi-
liationis aloquio dicas:
¶FORMA.Notū veſtræ celſitudini facio,ꝙ talis đ tali crimine
capitali coram me accuſatus,ad plenum cauſæ diſcuſſis meritis
per me,de ipſo crimine extitit ſententialiter condemnatus.Cū
igitur ex tali crimine meruerit deportationem,ſeu exiliū,ad qđ
eſt etiam condemnatus, veſtrā rogo magnificentiā,ut ei inſulā,
vel locum,uel aliam pęnā,ſicut veſtræ maieſtati placuerit , aſſi-
gnetis.hęc ꝓbant ff.de inter.& rele.inter pęnas.& l.ſeq.in prin.
8 2.q.vi.biduū.in fi.ff.quan.appel.ſit,l.j.reſpon.j.¶†Et nota,ꝙ ha
rum relationum exemplar eſt per manum publicam partibus dā
dum,ut prædixi.Item not.ꝙ quilibet iudex refert ſapiētibus,cū
quibus deliberat,plene merita cauſæ,ut dixi ſ̄. de requiſ.cōſilii,
prope fi Sed & auditores generales palatii domini Papæ,qui ei⁹
vice cauſas audiūt,eidem domino ſingula litis dubia viua uoce
referunt,Moſis exēplo vt ſ̄.§.proxi.uer generaliter,& ēt ſuper
ſingulis diſſinitiuis.referunt em̄,quid petitur ,qualiter, & quate
nus in lite proceſſum eſt,quid ꝓbatur,qđ replicatur,quid impli
catur,& breuiter pure ac fideliter debēt referre omnia iura,& ra
tiones partis cuiuſlibet,non alleuiando,uel aggrauando,uel ſub
iiciendo iura partis alterius,quæ poſſint ipſum Papam mouere,
ſed ſtateram in manibus ſuis gerant,3.q.ix pura.ext.de re iu.cum
Bertholdus.ibi,qui cum nobis,vt ext.de deci.dudū.ver.prior au
c.omnis,qui Quo facto,collatione & deliberatio
ne præhabita cum aliis auditoribus ibidem præſentibus ,idē do
minus Papa dicit ei: Ita pronuncia:& dat ei poteſtatē & licenti-
ām pronunciandi,q̄ non habent alii auditores, ſed ſolum adien
di & cognoſcendi:quare Auditores uocantur.unde & in pronū
ciatione ſemper dicit auditor:Facta domino noſtro ſummo pō-
tifici relatione fideli,de ipſi⁹ ſpeciali licentia & mādato mihi ſa
cto oraculo viuæ uocis ita pronuncio,j̄ de ſent.§.vt autē.verſ.
cęterum.

ADDITIONES.

a FORMA. ¶ Iſta & omnes ſequentes fuerunt Io.de Deo, vbi ſ̄.primo,& plenius ſecundo.
b In Chriſto. ¶ Hodie non ponimus In Chriſto, vt patet in forma ſequenti.
c Actoris. ¶ Super hoc uide quod ſcripſi de app.cum ſpeciali.ſuper 4.gl.& hoc exemplum non fuit Io.de Deo,ſed auctoris.

¶ Quis ſit relationis effectus.

5.§.Effectus autē relationis , ſeu ꝯſultationis eſt vt
cauſa,vel etiā cōſultatione pendēte,
nihil debeat innouari,uel de cauſæ meritis inquiri , uel aliqd fie-
ri:alias irritū id habetur,C.e.l.j.ext.de off.leg.c. licet.& de poſt.
pręla.bonę.2.§ nec nocebat.C.de ap.ex illo.2.q. j.nomē.3.q.6.
multū In omnib. em̄ his expectādum eſt ſuperioris reſpōſum,
a 6.q.3.denique. Veruntamen,ſecūdum B.[a].quāuis relatio fuerit
per iudicem approbata,tamē prius q̄ facta ſit,poteſt ea cōmiſſa
de partium conſenſu in cauſa procedi,arg.C.e.l.2.Arg.cōtra,ex
b tra de off.deleg.ſignificantibus[b].Quid ſi iudex & vna pars con-
ſentit relationi faciendæ,altera vero nō ? Videtur, ꝙ iudex poſ
ſit pęnitere:quia certum eſt eum nondum retuliſſe, quamuis re
ferre uoluerit,arg ff rem rat.hab.amplius.Si uero altera pars cō
ſentit,tunc altera parte inſtāte quod fiat,fiet ſibi copia ipſius:ex
tra de ap.intimaſti.Quid ſi iam relationē partibus edidit,&poſt
ea partes conſenſerunt,quod cognoſcat, nec relatio procedat?
Reſpon.locus eſt pęnitentiæ,dummodo iudex conſentiat ,arg.
ff.de pac.ab emptione ext.de reg.iu.c.j.niſi iā fuerit ſuperiori p̄-
ſentata,arg ext.de poſtul.prælat.bonæ.2. § nec nocebat.Arg.cō
tra extra de offi.deleg.ſignificantibus.Sol.ſecundum dominum
c meum,ut in præ.c.intimaſti.in fi.[c]

ADDITIONES.

a Secundum B.¶ in dec.licet.de offi.legat.
b Significantibus. ¶ Pro ſolutione datur hæc in fi.remiſsio.
c In fi.Et ibi ſcripſi in fi.ult.gl.ſcilicet quod ibi iuriſdictio erat extincta, hic ſuſpenſa.

¶ Bal.de Relationibus.

¶ AN Iudex in relatione debeat admittere aliquem periurum & calum niatorem;videtur ꝙ non:quia hoc eſt potius iudicium,quam conſultatio. Dic.contra,ſi ex actis apparet,§.de quibus. verſ.ſed pone:ecce. G. ¶ Auditores palatii domini Papæ debent audire & referre,non iudicare ,niſi ex mandato domini Papæ,§.pe.ver.fin.G.vide j̄.tit.prox.

a De Remiſſionibus [a]. Rubrica.

SEQVITVR videre de remiſſionibus:in quo vidēdū quid ſit remiſſio: quę in ea ſunt conſiderāda:in quibus caſibus ſit facieda:qualiter fieri debet:quid ſit officium eius,ad quem remiſſio fit:ultimo,de remiſſione,quæ fit a ſuperiori ad iudices inferiores,dicemus.

ADDITIO.

a Supple. Cauſarum. de remiſsionibus enim perſonarum ſupra ad iudicem delicti , non tractat hæc rubric.de illa autem habetur extra , de raptor.capitu.j.& in authent. vt nulli iudic. §.ſi quis vero compræhenſorum.& no.in Clem.de re iu. paſtoralis. in gloſſ. ſed nunquid de iure. ¶ De remiſsionibus etiam indulgentiarum rubricam habemus. ſed nihil ad propoſitum. De remiſsionibus autem iurium , puta quas facit ſubſtitutus inſtituto rogato de reſtituenda hæreditate, & an diuiſio habeat vim remiſsionis, not.& dicam j̄. de teſtib. §. j. verſ. item quid ſi duobus. ¶ Nullus autem ex practicis poſuit hanc rubric. Imo , ut dicit auctor ſuper rubr. proxim. in princip. antiqui promiſcue de relationibus & remiſsionibus loquebantur. Vnde autem hic rub. auctor traxerit alimentum,dicam,ſuper nigro. ſequitur videre,quid ſit remiſsio.